
CENTURIA POSITIONUM DE EXPENSIS. 30.

Quas

Consensu Amplissimæ Facultatis Juridicæ, quæ est VVittebergæ,

SUB PRÆSIDIO



Amplissimi ac consultissimi Viri,

DN. JEREMIAE REUSNERI,

U. J. D. Antecessoris, Provincialis judicii Assessoris, & Amplissimæ Facultatis Juridicæ p. t. Decani spectatissimi, Dn. Præceptoris ac Promotoris sui omni observantiæ cultu prosequendi.

Publicæ disquisitioni subjiciet

JOHANNES Geißler / Hennebergio-Franc.


Ad diem 24. Septembr. in Auditor. JCtorum.

WITTEBERGÆ,

Typis AUGUSTI BORECK Acad. Typogr.

ANNO M. DC. XXIX.

I.



Um verborum cognitione in rei naturam provehamur, uti tenet Scalig. *de subtil. exerc.* 1. nec quisquam sine voce aliquid dixisse existimetur *l.7.§.2.ff. de supell.leg.* idcircò è re erit, priusquam ad res ipsas perveniamus, pauca de significatione tituli referre, *arg. l.1.ff.de rebus cred.* Si verò illam sufficienter investigare velimus, necesse erit, ut inquiramus in ejus cum Etymologiā, tùm Synonimiam; His duabus enim absolvitur alioquin inter Philosophos definitio ὀνοματώδης. *Brun. Beccer. them.* ὀρισμ.36.& 37.

II.

Quantum igitur ad expensarum Etymologiam attinet, illas deducimus ab expendendo, quod nostrates vocant, auswegen/ quemadmodum eo sensu hoc verbum usurpat Plautus *in Mercat.* dum inquit: Hunc hominem decet auro expendi. Cum enim Jure Gentium dominia distincta essent *l.5.ff. de just.& jur.* fiebat, ut unusquisq; secundum necessitatem temporum ac rerum utilibus inutilia permutaret; quoniam vero non semper concurrebat, ut tu haberes, quod ego desiderarem, eligebatur materia, cujus publica & perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subveniret *l.1.ff.de contrahend. empt.* Sed cum propter rarum usum vel ad evitandam in numerando molestiam, illa materia appenderetur, obtinuit, ut pecunia, quæ consumpta esset expensæ nomine veniret. *Gars. tract. de expens. c.1.n.1.& seqq.*

III.

Quantum verò ad Synonymiam, illam desumere possumus ex lingvis tam orientalibus, quam occidentalibus. In orient: primum locum sibi vendicat lingva Aramica, quæ vel antiquior, & appellatur alias Chaldæa, in qua occurrit vocabulum נִפְקְתָא *Esr.* 6. 4. vel recentior, & dicitur alias Syra, in qua haberur נִפְקְתָא *Act*, 21 24. *Luc.* 14. 28. Utraque verò vox derivatur ex radice נְפַק

quæ

quæ idem denotat, quod exivit, egressus est, & in Aph. ejecit, eduxit. Dicuntur igitur inde expensæ quasi ejectæ sive eductæ scilicet pecuniæ: Secundum verò Græca, in qua invenire est vocabulum ἀνάλωμα, quod compositum est ex ἀνά, quæ particula in compositione juxta Lexicographos reciprocationem denotat, & inusitato verbo ἀλόω pro quo in usu est ἁλίσκω, quod significat capio, quasi dicant Græci, quod expensæ non tantùm fieri, sed & recuperari debeant.

IV.

In occidentalibus primò considerenda venit Latina, in qua plura occurrunt vocabula, quæ idem ferè cum nostro titulo denotant; nam respectu caussæ efficientis dicuntur impensæ & impendia *l. 14. § .1. ff. com. div. & toto tit ff de impens. in res dot. fact.* respectu verò materiæ in quam fiunt, meliorationes *l. fin. C. de negot. gest. & l. 14. Cod. com. de leg.* Deinde hæ, quæ à Latina originem trahunt. Distinguuntur autem in Hesperiam & Celticam: In hac usitatum est vocabulum *despens & despence*, quorum utrumque derivatur à verbo *despendre*, quod idem significat, cum verbo expendere. Illam subdistinguimus in Hispanam & Italicam, quarum prior habet vocem *de los gastos* deductam à verbo *gastar*, quod propriè denotat perdere, & *delas despensas*, quæ convenit cum ipso titulo; posterior verò vendicat sibi vocabulum, *della spesa*, quod deducitur à verbo *spendere* idem ferè sonante & significante quod expendere.

V.

Significatione tituli sic explicatâ, sequitur jam ut inquiramus in rem ipsam, cujus primo loco investigandum venit Genus quod *cum Ampliss. ac Consultiss. Dn. Jerem. Reusn. Præside hujus disputationis longè dignissimo, in explicatione legis 5. Cod. de Rei Vind. & Bocero class. 5. disput. 6. thesi 1.* esse dicimus sumtus, *per l. 40. §. 1. ff. de condit. & demonstrat.*

VI.

Caussas expensarum quod spectat, illarum efficientem facimus personas omnes quæ possunt contrahere. & quæ rerum suarum liberam habent administrationem, cum incivile sit, eos, qui alieno auxilio in rebus suis administrandis, egere noscuntur, aliorum

rum curam subjec §. 13. *Inst. de Excus. tut.* Finem verò constituimus intentionem hanc, ut res in quas erogantur expensæ, fiant pretiosiores. *arg. l. 79. ff. de V.S.*

VII.

Materiam cum Philosophis dispescimus in eam, quæ dicitur ex qua, & circa quam; illam facimus non tantum pecuniam numeratam, sed etiam operam & laborem, licet enim hoc casu nullas fecisse videatur expensas, laboris tamen proprii æstimationem recipit is, qui suis manibus tale quid fecit. *Garf. d. c. 1. num. 14. ex Panorm. in c. ad nostram n. 8. in fine de rebus Eccles. non alien. & Bald. in l. si quis sciens C. de R. V. Gilcken. de Impens. part. 2. cap. 1. num. 15.* Hanc, materiam scilicet circa quam dicimus esse tam res quam personas, easque non solum servas sed & liberas *Garf. d. c. 1. n. 7.*

VIII.

Genere sic posito, & caussis ita constitutis, definimus expensas, quod sint Sumtus erogati à personis, quæ possunt contrahere & quæ rerum suarum liberam habent administrationem, tam in res quam personas, eâ intentione, ut efficiantur pretiosiores. Garf. *d. cap. 1 num. 7.* dicit, quod expensi nomine significetur, id quod consumitur & expenditur, sive circa res, sive circa personas quocunque modo expendatur. Bocerus verò *d. class. 5. disp. 6. th. 1.* quod sint sumtus in rem aliquam facti.

IX.

Illis autem qui sumtus ejusmodi fecerunt, certa quædam concessa sunt remedia, quorum beneficio id quod sibi deesse probaverint, consequantur; cum enim meliorationes, quæ ex potestate juris vel ex conventione partium ad dominum non pertinent, conficientis propriæ sint, uti habet Garf. *c. 6. num 20 & 21.* & tamen res nostræ sine facto nostro ad alium transferri nequeant *l. 11. ff. de R. I.* consequens est, ne dominus cum alterius jactura locupletetur *argum. l. 38. ff. de hered. pet.* ut id quod impenderunt eis conservetur.

X.

Hinc est quod, rem principalem, quam possidemus adhuc, retinere possimus, donec nomine impensarum in eam factarum nobis satisfiat *l. 33 ff. de condict. indeb.* Hinc etiam est, quod condemnatus

 mnatus

mnatus ad rei restitutionem, qui in ipso judicio de sumptibus nihil egit, in executione agere possit, dummodo à judice nihil pronunciatum fuerit. Cum enim exceptio de sumptibus non directò impugnet sententiam, sed potius executionem ipsius respiciat, locum habere nequit l. 2. C. sentent. rescind. non poss. *Garf. d. c. 6. n 15. & 16. Gilken. de impens. part. 5. c. 2.* Omnis enim exceptio licet peremptoria, quæ nō venit directò ad impugnandam sententiam sed eam limitat ac moderatur, in executione potest opponi. *Bart. in l. 1. C. de J. & facti ign. Bald. in d. l. 2. arg. l. 17. §. fin. ff. soluto matrim. l. 5. Cod. de compens. l. 41. §. 1. ff. de fidejuss l. 5. C. de hered. pet.*

XI.

Cum verò sumtus hi sint facti, idcirco etiam probari debent *l. 1. & 19. ff. l. 1. C. de probat. l. 8. § 5. ff. de operis novi nunc.* Probantur autem, si per peritos, aut alios idoneos doceatur, rem in illa condıtione fuisse, ut ad ejus conservationem pecunia hæc eroganda fuerit, *arg. l. ult. ff. de exerc. act.* tunc enim per fabros & alios subduci poterit, quæ merces soluta fuerit, & quanti materia constiterit. Quod si destituantur his probationum subsidiis, judex arbitrio peritorum, habita ratione temporis, quo impēsæ factæ sint, modi ipsius operis, materiæ operarum cæterarumque circumstantiarum, quid præstandum sit, constituet. *arg. N. 7. c. 3 §. 2. vers. quod autem & l. 6. circa fin. C. d secundis nupt Gilcken. part. 5. c. 1. nu. 4. 6 & 9.*

XII.

Probantur etiam per codicem sive librum expensi, qui sigillatim, claré & distinctè expressas omnes & singulas continere debet expensas *Garf. c. 20. num. 23.* Et qui hunc librum exhibet probare debet, omnia ejus capita esse vera *Garf. c. 24. num. 5. arg. l. 111. ff. de condit. & demonstr.* quæ tamen probatio syngrapha etiam privata admittit, imò conjecturas ex fide, ac integritate ejus qui expendit, & ex qualitate expensarum, ut tamen multum relinquatur prudentis judicis arbitrio *Garf. d c. 20. n. 22. ex Bald. in rubr. C. de fide instrum. & Corneo in l. fin §. in computatione C. de J. deliber.*

XIII.

Quin si expensæ fuerint parvæ, sufficit juramentum ejus qui expendit

expendit, attentâ illius qualitate *Specul. tit. de Instrum. edit. §. nunc verò aliqua. vers. 2c. quid si executor. Bart. in l. fin. §. in computatione C. de J. deliber.* Judex autem arbitrabitur an expensæ hujusmodi sint rationabiles, an fieri potuerint; ubicunque enim statur juramento alicujus ibi illud ita accipiendum est, si vero similia dicat *Bart. in l. inter omnes §. rectè ff. de furtis.* Unde is, cujus juramento credi debet, sigillatim dicat necesse habet, expendi tot, in tali re, non verò confusè expendi mille vel duo millia, debet enim reddere caussam expensarum *Garf. d. l. n. 23. ex Bart. in d. l. 111. ff. de condit. & demonstrat.*

XIV.

Cum verò probatæ sunt expensæ, tunc æstimantur â Judice, non quidem simpliciter, sed cum respectu ad meliorationem, ut eam non excedant, *per l. 58. ff. de leg. 1. juncta l. 38. & 48. ff. de R. V. l. 29. §. 2. ff. de pignor. l. 16. C. de præd. & aliis reb. min. l. 12. ff. de in rem vers. arg. l. 30. §. 2. Cod. de inofficios. test. & l. 137. §. 6. ff. de V. O. c. 1. X. de restit. in integr.* nam si plus melioratum, quam expensum, illud debetur, quod expensum est, sin verô minus, quod melioratum est debetur *Garf. c. 24. n. 2.* Perpenduntur autem istæ meliorationes ex persona vindicantis, non verò meliorantis *arg. l. 10. ff. de negot. gest.*

XV.

Æstimatis ita per judicem expensis, reliqunm est, ut compensentur cum fructibus pertinentibus ad dominum vindicantem, vel etiam ad eum, qui Jure possessionis illos percepit *l. 48 & 65 ff. de R. V. l. 17. C. de Evict. l. 42. §. 1. & 2. ff. soluto matrim. l. 88 §. 2. ff. de leg. 2. l. 15. C. de R. V. glossa in d. l. 65. verbo superfluum.* Ibi enim cessat compensatio fructuum, ubi non jure possessionis, sed jure dominii fructus fiunt percipientium *Garf. c. 13. num. 58. per d. gloss. Covarr. var. resol. libr. 1. c. 8. n. 4. Lopez. in l. 41. tit. 28. part. 3. Tiraq. de retractu convent. §. 7. gloss. 1. n. 14.* Si verò fructuum perceptorum summam admissâ compensatione, impensæ excedant, superfluum deduci poterit ex re principali *d. l. 48. & d. l. 65. & gloss. ibid.*

XVI.

Et hactenus de Expensis in genere, sequitur nunc, ut in suis speciebus eas consideremus. Distribuuntur autem ratione Finis

& ex

& ex parte etiam Materiæ, in eas quæ expenduntur respectu rei principalis, & in eas, quæ fiunt respectu fructuum, *arg. l. 36. §. fin. & l. seq 37. ff. de her. pet. l. 46 ff. de usur. l. 51. pr. ff. famil. hercisc. l. 4. in fin. ff. de operis servorum l. 7. §. 16 ff. soluto matrim. l. 3. § 1. & l fin. ff. de impens. in res dot. fact. juncta l. 79. ff de V. S. Garf. cap. 1. n. 10.*

XVII.

De Expensis quæ fiunt respectu fructuum.

Quæ fiunt respectu fructuum; caussæ efficienti generali de qua supra th 6. nihil superaddunt; quantum verò ad illorum materiam & finem; illam quidem constituimus non tantum fructus sed etiam rem principalem *per l. fin. ff. de impens. in res dot. fact.* hunc verò, sub quo latet & forma, acquisitionem, collectionem, & conservationem fructuum *per d. l 36. §. fin. ff. de hered. pet. l. 3. § 1. & l fin ff. de impens. in res dot. fact.*

XVIII.

Caussis ita investigatis, illas definire possumus, quod sint Expensæ, quæ fiunt, tam in res principales, quam in ipsos fructus, quærendorum, colligendorum, conservandorumque illorum gratia, *d l 36. § fin. ff de hered. pet d l. 3. § 1 & d. l fin ff. de impens. in res dot. fact. d l. 7. §. 16 ff solut. matrim. & d. l. 46. ff. de usuris.*

XIX.

Et ad has impensas referimus exempli loco eas, quæ fiunt in specus, sepes, maceries, & cumulos, ex congesto cespite, quos faciunt rustici circa segetes & vineas, ut nascentes fructus à ferarum incursu defendantur; ita tamen ut admittamus limitationem *d. l. 3. §. 1. ff. de impens. in res dot. fact. & Garf. c. 1. num. 12. circa fin.* ut scilicet videamus an eâ tantum causâ fiant, ut fructus conserventur, an verò collectis fructibus adhuc usui esse possint.

XX.

Effectus illarum est, quod naturali ratione cum fructibus compensentur, & ex illis deducantur *VVesenb. in parat ff de impens. in res dot. fact. n. 1. per d. l. 3. §. 1 l. 13. & d. l fin ff eod. tit. l. 10. § 9. ff mandati l 50. ff de usufr. & l. 32 § fin. ff de usufr. leg.* adeô ut nullus casus intervenire queat, qui hoc genus deductionis impediat *d. l. 51. pr. ff famil. hercisc.* cum fructus non intelligantur nisi deductis istis impensis *d. l. 36. §. fin. ff. de hered. pet. & l 7. pr. ff. soluto matrim.* Quod si fructus non sufficiant, tunc illi, qui eos restituere tenentur, superfluum

perfluum consequuntur ex re principali; qui verò suos faciunt, fructus, nihil amplius accipiunt *Garf, c. 13, nu. 57. Gilcken. de impens. part. 2. c.3, n.4.* cum expensæ sementis, si messis non responderit, ex vindemiis deduci possint *l. 8. §. 1. ff. soluto matr.* Fallit tamen hoc quidem in bonæ fidei possessore, illud verò in prædone *l. 37. ff. de hered. pet.*

XXI.

Videtur autem negotium facessere *l. 27. §. 25. ff. ad l. Aquil.* ubi dicitur, quod, si quis maturas uvas decerpserit, cesset Aquilia, nullam enim injuriam esse, cum tibi etiam impensas donaverit, quæ in collectionem hujusmodi fructuum impenduntur: verum hæc lex rectè ponderata parum subsidii habebit, ad cōvellendam supra positam thesin, siquidem secundum Cujac. *lib observ.* 10. *c.* 1. concepta est, in personam ejus, qui non est in possessione, cum tam *d. l. 36. & d. l. 51.* loquantur de eo qui adhuc rem possidet, siquidem hoc genere est; quod impensæ nullo alio modo quam per retentionem servari possint *l. 33. ff. de condict. indeb.*

XXII.

Hoc verò particulari decisione in Jure Pontificio constitutum est, quod in facienda computatione decimæ prædialis debitæ parocho & Ecclesiæ non deducantur impensæ, quæ fiunt gratia fructuum *c. tua nos. c. pastorali. c. non est in potestat. & c. cum homines de Decimis. vide insuper Petr. Rebuff. quæst. 11. num. 3. de Decimis.* Rationem addit Soto *de J. & J. libr. 9 quæst. 4. art. 2.* quod nimirum existimandum sit, inter Deum & agricolam coitam esse societatem, ut ille decimam partem lucri sentiat, de damno verò non teneatur *arg. §. 1. Inst. de Societ.*

XXIII.

Eas quæ fiunt respectu rei principalis distinguimus respectu caussæ vel efficientis vel finalis: Respectu igitur finis dispescimus illas, in eas quæ fiunt propter rei substantiam uti sunt necessariæ, & in eas, quæ fiunt propter rei qualitates, & has subdistinguimus in utiles & voluptarias. Paulus *in l. 79. ff. de V. S.* dispescit illas in necessarias, utiles & voluptarias; quem sequitur Ulpianus *in l. 1. ff. de impens. in res dot fact.* & Legislator Hispanus, quippe qui *in l. 44. tit. 28 part. 3. & alibi* necessarias dicat eas, *que son menester*, uti- *De his quæ fiunt respectu rei principalis.*

B ies,

les, *que son provechosas*, voluptarias vero eas, *que no son muy provechosas, mas à postura de la casa. Garf. c. 1. n. 10.*

XXIV.

De necessariis expensis. Necessariarum igitur caussam impulsivam cōstituere libet damnum emergens, si factæ non fuerint, Judex enim tanti condemnabit omittentem, quanti interfuit eas fieri *l. 4 ff de imp. in res dot. fact.* Materiam rem, quæ nisi factæ essent ejusmodi impensæ, peritura fuisset, vel certè deterior futura *d l. 79. ff. de V. S.* Finem, ut substantia rei maneat salva ac integra *Goed. ad d. l. 79 ff. de V. S. n. 2. & Ulpian. in fragment. tit. 6.* Formam vero necessitatem impendendi *l. 1. §. 1. ff. de imp. in res dot fact.* nam si nulla fuerit necessitas alio jure censentur *d. l. 1. & Goedd. in d. l. 79.*

XXV.

Unde eas definimus, quod sint expensæ, quæ fiunt, damni vitandi ergò, necessitate ita efflagitante, ut substantia rei salva maneat ac integra, in res, quæ, si factæ non fuissent ejusmodi impensæ, perituræ fuissent, aut certè deteriores futuræ. *per d. l. 79. ff. de V. S. & d. l. 1. §. 1. ff. de impens. in res dot. factis.* Wesenb. *in parat. ff. de impens. in res dot. factis* dicit, quod sint, quæ in se habeant necessitatem impendendi: quibus non factis res minuatur & deterior futura sit.

XXVI.

Factas autem consequimur non uno modo; nam quamdiu rem possidemus, tamdiu illas servare possumus, vel implorato judicis officio, ut ad refundendas eas actorem condemnare velit *l 38. ff. de hered. pet. l. 48 ff. de R. V.* vel opposita doli mali exceptione, ut liceat rem quæ petitur retinere, donec impensæ in eam factę refundantur *d. l. 38. & d. l. 48. l. 33. ff. de condict. in deb. l. 14. ff. de except. doli l. 14. §. 1. ff. communi divid.* nam qui rem alienam, non servatis impensis, quas in illam fecit, nullius negotium gerens, vel per doli exceptionem vel per judicis officium, vel per deductionem operis, tradidit, ei nullum juris remedium, quo recuperare impensas possit, comparatum esse evincunt *d. l. 33. ff de condict. in deb. d. l. 14. ff. de except. doli d. l. 14. §. 1. ff. com. div. & l. 21. ff. ad SCtum Trebell. Bocerus clas. 5. disp. 6. thesi 16. 22. & 31.*

27. Utiles,

XXVII.

Utiles, quod spectat, illarum materiam facimus res, quæ quoad suam substantiam etiam non factis istis impensis persistere potuissent, nec inde deteriores effectæ fuissent *d. l. 79.* Finem, ut res melior fiat ac fructuosior, quam naturâ, & qualitate sua initiò, quo dabantur ejusmodi expensæ, erat *Goedd. ad l. 79. §. 1. nu. 1.* Formam verò utilitatem, quæ perpendenda veniat ex persona domini; non verò ex persona ejus, qui fecerit expensas *Garf c. 1. n. 30. per l. 43. ff. de action empti l. 25. ff. de pign. act. & l. 10 §. 1. ff. de negot. gest.* Unde idem Garf. *d. c. 1. num. 31.* hoc dat consilium, ut ne videamur consultò onerasse dominum, illius vel certè judicis consensum requiramus *arg. l. 8. ff. de impens. in res dot. fact.* — *De utilibus.*

XXIIX.

Definimus igitur illas, quod sint expensæ, quæ fiunt in res, quę quoad substantiam etiam non factis illis perdurare potuissent, ut meliores & fructuosiores respectu domini efficiantur *argum. l. 79. ff. de V. S. & l. 5. §. 3. ff de impens. in res dot. fact.* Paulus *in d. l. 79.* dicit, quod sint impensæ, quæ meliorem rem faciant, non, deteriorem esse non sinant. Wesenb. *in parat ff. de Imp. in res dot. fact. num. 3.* quod sint, quæ utiliter fiant, quibusque non factis, deterior quidem res non facta fuisset, factis autem fructuosior effecta sit.

XXIX.

De Remediis quibus conservari possint vix est ut aliquid certi hoc in loco, ubi in genere de impensis utilibus agendum est, determinari possit, nisi quod ille, qui eas fecit, diligenter sibi prospicere debeat, ne rem principalem per incuriam non servatis impendiis, restituat, propter *d. l. 33. ff. de cond. ind. d. l. 14. de excep. doli d. l. 14 § 1 ff comm. div. & d. l. 21 ff ad SCtum. Trebell.* Quomodo verò in specie quilibet meliorantium illas consequatur, patebit infra.

XXX.

Accedimus jam ad voluptarias, quæ si res in quas fiunt promercales fuerint, in utiles degenerāt *l. 10. ff. de impens in res dot fact. Glicken. part. 4. c. 1 n. 1 de impens.* Videntur autē hæ expensæ, causam materialem ferè communem habere cum utilibus, formalem verò — *De voluptariis.*

 & fina-

& finalem diversas: nam respectu formæ debent fieri ad voluptatem *l. 7. pr. ff. de impens. in res dot. fact,* respectu verò finis erogantur eâ intentione, ut res in quas fiunt exornentur, *d. l. 79. §. ultim. ff. de V. S.*

XXXI.

Quare illas sic definimus, quod sint expensæ, quæ fiunt voluptatis caussa ad exornandam rem, quæ alias etiam non factis istis impensis, quoad suam essentiam perdurare potuisset *per d. l. 7. pr. ff. de impens. in res dot. fact. & d. l. 79. §. ultim. ff. de V. S.* ubi Paulus JCtus eas ita describit, quod sint quæ speciem duntaxant ornent, non etiam fructus augeant. Wesenb. *in parat. ff. de impens. in res dot. fact.* dicit, quod sint, quibus, neque omissis deterior res fieret, neque factis fructuosior effecta sit, quæ speciem quidem ornent, fructus autem non augeant *per d l. 79. ff de V. S.*

XXXII.

Quantum ad remedia quibus conservari possint hæ impensæ, concedimus in genere omnibus, qui ejusmodi impensas fecerunt, si absque rei detrimento separari possint, ablationem & abrasionem: cum enim de bonæ fidei possessore nullum sit dubium, res erit clara, si probaverimus quod malæ fidei possessor eas abradat, siquidem absurdum esset, eos qui negotium alterius gerant, deterioris conditionis esse, quam prædones, illud autem ad oculum demonstrabitur tam textibus *l. nimirum 39. ff. de hered. pet. & l. 32. §. 5. ff. de administ. junct. a l. 1. C. de fide & jure hast. & l. 1. C. de præscr. 30. vel 40. annorum*, quam rationibus, quas infra videre est, thesi 77.

XXXIII.

Et hucusque fuit de his quæ respectu finis distinguebantur, in necessarias, utiles & voluptarias, sequitur nunc ut secundum thesin 23. dispiciamus de his, quæ distinguantur respectu efficientis: Hujus igitur respectu expensas, quæ in rem principalem impenduntur, dispescimus in eas, quas faciunt personæ vel judiciales vel extra judiciales, quarum posteriores distinguere libet in administratores rerum & detentores, quorum hi dispescuntur in possessores nudos; qui vel naturales vel civiles, & hi possident vel pro suo, vel pro alieno, quorum posteriores distinguuntur in successo-

successores & contrahentes: & in possessores, qui propterea habent rei dominium, quod vel juris, vel proprietatis; Domini juris, sunt tales vel vi possessionis vel vi ususfructus. Hoen. disput. 4. Inst. thesi 1. illos dispescimus in maritum respectu rei dotalis, & Emphytevtam respectu fundi Emphytevtici.

XXXIV.

De marito

Quantum igitur attinet ad maritum, dicitur & probatur quod sit dominus rerum dotalium ab Accursio *in l. 30. C. de jure dot. per l 23 C. eod. tit.* fictione tamen juris *Garf. c. 13. num. 2. per d. l 30, C. de J dot. l. 24 § 5. ff. soluto matrim. l. 12. C. qui pot. in pign. hab l. 3. §. 5. ff. de minor* ad eos duntaxat effectus, quos jus explicuit *Garf. d. c. 13. num. 6. ex Duar. in rubrica ff soluto matrim. Corras miscell. libr. 5. c. 14. Zasio intellect. singul libr. 2. c. 5. & aliis.*

XXXV.

Et hic pro varietate impensarum, quas fecit, varia habet remedia; nam pro consequendis necessariis, quæ ipso jure dotem minuunt, *l. 5. § 3. ff de J. dot. l. 5. §. 2. ff. de pact. dotal. l. 1 § 2 l. 5. pr. l. 15 ff. de impens. in res dot. fact. l. 1. §. 4. l. 2. pr. ff. de dot. præleg. l. §. 5. ff. de dot. coll. l. 1. § 5. C. de rei ux. act* conceditur illi ut tanto minus solvat, quanto magis expensum est *Garf. c. 13. num. 57.* Si nimirum rem dotalem adhuc possideat, dote namque integrâ soluta, condici potest id, quod pro impensis necessariis compensari solet *l. 5. §. 2. ff de impens. in res dot. fact.* Id quod wesemb. *d. t. n. 2.* intelligit de condictione indebiti, Gothofr. verò *ad l. 51. ff de condict. in deb.* intellectam vult condictionem incerti *per l 30. ff de action. empti*: & secundum d. l. 5. §. 2 intelligenda videtur l. 7. §. final. in fin. ff. soluto matrim.

XXXVI.

Utilium nomine quondam fiebat deductio, si voluntate mulieris factæ erant, siquidem iniquum fuisset compelli mulierem rem vendere ut impensas in eam factas solveret, si alicunde solvere non potuisset *l. 8 ff. h. t.* præstandæ enim erant viro à muliere *l 18 pr. ff soluto matrim.* pariebantque dote restitutâ exactionem *l 7. §. 1 ff h. t.* Justinian⁹ autem favore dotis, ne ea mulier diutius carere cogeretur, ob has impensas retineri aut imminui dotem prohibuit, sed ea restitutâ, marito actionem mandati, si vo-

luntate uxoris factæ fuerint impensæ, aut, negotiorum gestorum, ubi mandatum deficit, ad eas repetendas concessit. *VVesenb. ff. de impens. in res dot. fact. n. 2. per l. un. §. 5. C. de rei ux. act.*

XXXVII.

Pro voluptariis verò habet deductionem operis quod fecit in re dotali, si modo sine læsione separari possit *per l. 9 ff. de impens. in res dot. fact. & l. un §. 5. C. de rei ux. act.* Quod si mulier non patiatur virum suas tollere meliorationes tunc habebit exactionem *per d. l. 9.* quia hoc ipso declarat, quod eas pro impensis utilibus habeat *Goedd. ad d. l. 79. §. ult. num. 2. ff. de V. S.* Cæterum si non recipiant separationem, relinquendę sunt. Ita tamen permittendum est marito auferre ornamentum quod posuit, si profuturum sit ei, quod abstulerit, nec enim malitiis ita indulgendũ est, ut cuiquam sine suo commodo aliis officere liceat *VVesenb. d. l. n. 4. per d. l. 9. l. 38. ff. de R. V & l. unc. C. de rei ux. act.*

XXXVIII.

Modicæ autem impensæ hic non curantur *l. 12. & 15 ff. de impens in res dot. fact. l. 28. §. 1. ff. de donat. inter vir. & ux.* tueri namque res dotales vir suo sumtu debet *d. l. 15.* Quæ verò expensæ sint modicæ definietur arbitrio judicis *gloss in l. hactenus 7. ff de usufruct. & Bart. in l. 12. ff. de impensis in res dot. fact*, ut parvum vel magnum vel minimum accipiat arbitrium ex qualitate rei secundum ipsius magnitudinem *gloss in l. sed si susceperit § 1. vers. tam modica ff. de judic. & ibi Angelus*, qui dicit: summam videri magnam vel parvam ex qualitate personarum. *Bart. in l. Scio pr. ff. de in integr. rest.* & respect dotis *Albericus in d. l. hactenus arg. l. 47. ff de donat. inter vir. & uxor.*

XXXIX.

Et cum denique omnis possessor qui fructus suos facit ad tributa & reliqua onera realia teneatur, *uti habet Garf c. 13. n 27.* siquidem onera fructuum sunt ejusmodi impendia *l. 13. in fin ff. de impens in res dot. fact.* idcircò neque stipendia, neque tributa ob fundum dotalem præstita, vir à muliere exigere potest. *d. l. 12. Afflictu in libr. 3. Feud. de prohibita Feud. alien. per Freder. § præterea ducatas num. 53. & decis. 252. num 2. Alexander, in d. l. 15. ff. de impens. in res dot. fact.*

40. Sed

XL.

Sed quod Emphytevtæ quoque habeantur pro dominis respectu fundi emphyteutici, probatur per l.12. C. de fundis patrim. libr. 11. *vide insuper. Hoc enim disp.* 4. *Inst. th.* 1 Quamvis igitur hoc certum sit, quod propter meliorationes res dentur in Emphytevsin; adeò ut finitâ illâ, emphytevta eis excidat *Gilcken part.* 2 *cap.* 9. *num.* 3. *de impens.* cum tamen sumtibus magnificis ædes erigere, molasque frumentarias ædificare minimè debeant Emphytevtæ; ut qui contractui nequaquam conveniant Garf. *c.* 6. *num.* 12. *&* 22. siquidem Emphytevseως nomine contineantur insitiones, plantationes montesq; redacti ad culturam, non verò ædificia ejusmodi magnifica Garf. *c.* 14. *n.* 14. sequitur, quod ex generali decis. thes. 9. finita Emphytevsi supradictas impensas sibi conservare possit Emphytevta. De Emphyteuta.

XLI.

Hoc tamen non procedit si contra naturam Emphytevseως, aut legem conventionis versatus fuerit Emphytevta, tunc enim multatur non solum re ipsi concessâ, sed etiam meliorationibus, & emponematis omnibus *l.* 2. *C de Jure Emphyt.* *Nov.* 120. *c.* 8. *juncta l. fin. pr. C. de J. Emph.* ubi sub meliorationib⁹ & emponematis Imperator omnes complectitur meliorationes, sive necessariæ sint, sive utiles, sive nomine contractus veniant sive minus: cum enim illæ meliorationes quæ naturâ contractus fiunt, Emphytevsi, nullâ interveniente culpa Emphyteuticarii, extinctâ, cedant domino, *ut tenet Franc. Sarmient. libr.* 3. *select. interpret. c.* 4. majori certè severitate tractandus erit ille, cujus culpâ emphytevsis finita fuit.

XLII.

Pro omnibus igitur meliorationibus, quas ex natura contractus facere non tenetur Emphytevta, cum sciat rem tandem restituendam, Emphyteusi sine ipsius culpa finita, consequendis habet vel retentionem, *argum. l.* 40. §. 1. *ff. de condict. in deb.* vel fundo per imprudentiam restituto, incerti condictionem *Garf. c.* 7 *num.* 5. *per d l.* 40. §. 1. *ff. de condict. in deb. & l.* 58. *cum seqq ff. de leg.* 1. *junctâ l.* 14. *ff. com. divid.* Quæ condictio eò tendit, ut quia traditio pinguius facta est, quam oportuit, nudâ fiat retraditio, quam

quam cum sit facti, quod omninò incertum, actio quoq; quæ propterea instituitur, meritò vocat condictionem incerti *Gars. c. 7. n. 6. 7. & 8.*

XLIII.

Et hoc quidem obtinet quanto movetur controversia de impensis necessariis & utilibus *per dd. ll.* quantum verò attinet ad eas quæ voluptatis caussa fiunt, sciendum, quod & illas sine rei interitu per separationem tollere liceat, siquidem is qui fecit ejusmodi impensas propter bonam fidem donasse nullo tempore intelligi possit *Gars. c. 11. n. 28.* Ob expensas enim, quas non tam ad utilitatem, quam ad voluptatem erogavit Emphytevta nullam habet actionem *Gars. cap. 13. num. 28. & c. 15. num. 12. argum. l. 27. ff. de negot. gest.*

XLIV.

Quod si Emphytevta locaverit fundum Emphyteuticum, qui melioratus reperiatur tempore restitutionis, expensas quas fecit conductor, sine cessione non consequitur, *Paulus de Castr. in consil. 270. num. 4.* nisi ipse possideat *arg. d. l. 14. circa fin. ff. comm. divid.* De meliorationibus verò quæ fiunt post commissum, an nimirum solvendæ sint, judicandum putat Gars. *c. 6. n. 7.* ex l. 10. §. 1. ff. de negot. gest. & l. 25. ff. de pign. act.

XLV.

Cum denique Emphytevta solutâ pensione plerunque admodum exiguâ, fructus faciat suos, uti notum est; sequitur, quod tributa quoque & reliqua onera realia ne suo solvere debeat, siquidem vigore l. 13. ff. de impens. in res dot. fact. ejusmodi onera à fructibus dependent. Quod si pensio fructibus respondeat, ejusmodi sumtus à domino recuperat, cum is qui pro fructibus pensionem accipit, re principali uti frui dicatur *in l. 38. & 39. ff. de usufr.*

XLVI.

De Usufructuario Dominos vi usufructus distinctos volumus in usufructuarios veros & quasi. Prius autem de illo agendum erit, ut ea quæ cum hoc communia habet, eo melius intelligantur. Usufructuarius igitur si quid impendit ad perpetuam rei utilitatem, regressum habet ad proprietarium *l. 3. ff. de impens. in res dot. fact. junct. l. 7. §. 2. ff. & l.*

ff. & *l. 7. C. de usufr.* Necessarias enim impensas ex ratione d. l. 7. ff. de usufr. qui fecit, ut suas sibi conservet meliorationes, omnes legum prærogativas habet: excipit, retinet, petit, & repetit semelque traditas consequitur actione in factum, uti tenet Garſ. c. 11. n. 28. *per d. l. 7. C. de usufr.*

XLVII.

Quod si utiles fuerint, non quidem ex parte usufructuarii, sed ex parte proprietarii *arg. l. 43. ff. de act. empt. l. 25. ff. de pign. act. & l. 10. §. 1. ff. de negot. gest.* utilium quoque sequenda erunt præcepta, de quibus in l. 27. §. fin. l. 28. l. 29., & 38. ff. de R. V. nisi quod si de novo ædificavit, vel inchoatum ædificium exædificavit usufructuarins. quod ei non licet *per l. 44. & 61. ff. de usufr.* abrasione sibi consulat necesse habet *Garſ. d. c. 11. num. 28.* rem enim sibi proficuam, non proprietario, & quæ magis ad voluptatem quam ad utilitatem domini pertineat, fecisse videtur.

XLVIII.

Aliter obtinuit, quoad expensas modicas, quas usufructuarius de suo facit *d. l. 7. §. 2. ff. de usufr. & l. 15. ff de impens. in res dot. fact.* tenetur enim ad custodiam & curam rei proprietariæ *l. 1. §. fin. cum l. seq. ff. usufr. quemadm. cav. d. l. 7. C. de usufr.* quæ verò sint impensæ modicæ, quæve immodicæ videre est apud Bart. *in l. Scio ff de in integr. rest. & in l. 12. ff. de impens. in res dot. fact. vide supra thes. 38.*

XLIX.

Quoniam autem & usufructuarius suos facit fructus quos percipit, *ut habetur in d. l. 7. pr ff de usufr.* sequitur, quod stipendia quoque & tributa, sine omni refusione ex fructibus præstare teneatur *d. l. 7. §. 2. l. 27. § 3. & l. 52. ff. de usufr. & quemadm.* nam qui fructus percipit, onera quoqne quæ sequuntur fructus subeat necesse est. *Afflictus in consſ. Neapol. libr 1. rubr. 97. §. ult. num. 5. Chassan. in consvet. Burgund. rubr. 4. §. 6. per d. l. 13. ff de impens. in res dot. fact.*

L.

Nec tantum hæc præstare tenetur usufruct. quæ ante constitutum usumfructum solvi consuevere, sed etiam ea, quæ de novo imponuntur *l. 28. ff. de usufruct. leg.* Imò tenetur quoque ad onera

præteriti temporis tanquam naturalis rei possessor *l. 12. pr. ff. de acquir. poss. juncta l. 7. ff. de Publican. & vectigal. & l. 5. in fine ff. de censibus*, ita tamen, ut impensas quas illorum gratia erogavit, à proprietario recipiat *gloss. in d. l. 7. de Publican. & vect. juncta l. 39. §. 5. ff. de leg. 1.*

LI.

De Vasallo. Quasi usufructuarios facimus vasallos, propter textum *cap. un. quibus causis feud. amitt. libr. 2. tit.* 23. Eas igitur meliorationes quas in ipsa re feudali fecit, reverso ad dominum sive seniorem feudo, vel per generationem finitam, vel aliter absque dolo tamen & culpa, recuperat vasallus *§. si vasallus. Hic finitur lex. lib 2. tit. 29. Hottom. & alii ibidem*, ne dominus lucrum faciat ex aliena jactura *argum. l 38. ff. de hered. pet.* Et si quidem rem ad huc possideat, illas consequitur vel per retētionem oppositâ doli mali exceptione *arg. d. l. 38. ff. de hered. pet.* vel implorato judicis officio *argum. d. l. 38. & l. 11. ff. de noxal. act.* vel separatione *d. §. si vasallus*; si vero illam restituerit tunc eas recuperat vel beneficio l. 7. C. de usufr. vel condictione incerti *argum. l. 40. §. 1. ff. de condiction. in deb. & l. 58. cum seqq. ff. de leg. 1.* habita interim ratione expensarum, necessariarum, utilium & voluptariarum.

LII.

Quemadmodnm autem usufructuarius, rem qua utitur fruitur de suo conservat ac tuetur *d. l. 7. §. 2. ff. & d. l. 7. C. de usufr.* sic etiam vasallus sumptibus suis rem feudalem, ne corruat, tueri tenetur ac reficere Gars. *c. 12. num. 21. per §. quicunq; advocatiam. de Pace tenenda libr. 2. titul. 27.* Quin tributa quoque & reliqua onera realia, quæ fructus sequuntur uti est in sæpe allegata *l. 13. ff. de impensis in res dot. fact.* de suo solvere debet, cum fructus quos percipit, perinde ac usufructuarius, suos faciat. *cap. un. in quib. causs. feud. amitt. lib. 2. tit. 23.*

LIII.

Hoc præterea singulariter constitutum est, quod valvasores minores dominos suos, majores scilicet vasallos, & hi Regem sive Imperatorem Romam euntem ad suscipiendam coronam, suis sumtibus

ſumtibus comitari debeant. *c. un. quibus mod. feud. amitt. libr. 1. tit. 5. pr. ibi ſi enim dominus & §. 1. c. un. verſ. firmiter ſtatuimus. de Allodiis libr. 2. tit. 54. & c. un. §. firmiter. de probib. feud. alien. per Freder. libr. 2. tit. 55. vide Garſ. c. 12. n. 82.*

LIV.

Dominos proprietatis, & quidem ex parte tantum facimus omnes illos, qui rem aliquam ſive univerſalis illa ſit, ſive ſingularis, communem habent *argum. l. 239. §. fin. de V. S.* Cum verò cohæredum, ſociorum, & aliorum, quibus aliquid commune eſſe contingit, quoad impenſas eadem ſit ratio, *ut habet Garſ. c. 19. num. 4.* idcirco in genere de illis agendum erit. Sumtus igitur in rem communem facti, communiter etiam ferendi ſunt *l. 4. C. de ædific. priv.* ſiquidem illarum fieri debet diviſio *l. 4. C. comm. div.* niſi turpiter facti ſint ob maleficium vel ex culpâ *Don. En. lib. 13. c. 16.*

De his qui rem aliquã communem habent.

LV.

Quantum verò ad media illas conſequendi, diſtinguendum eſt inter eos qui impenſas erogarunt: Aut enim impenderunt tanquam in rem ſuam, & ſolâ retentione utuntur *l. 33. ff. de condict. in deb.* aut tanquam in rem communem; in cujus partem propriam ſi ita impendere potuerunt, ut in partem ſocii expendere non cogerentur, habent actionem negotiorum geſtorum, *per l. 40 ff. de negot. geſt. l. 18. §. 1. Cod. famil. herciſc. l. 25. §. 15. & l. 39. ff. eod. tit. l. 6. §. 2. & l. 14. ff. comm. div.* ſi vero in partem propriam expendere non potuerunt, niſi & in partem ſocii impenderent, tunc pro diverſitate communionis habent vel actionem famil. herciſc vel comm. divid vel etiam pro ſocio; niſi natura & qualitas cauſſæ quæ geritur ea ſit, ut alteri, cujus nomine geſta eſſe videri poſſit, proſit, tunc enim adhuc locus erit actioni negotiorum geſtorum *l. 31. §. fin ff de negot. geſt. & d. l 39. ff. famil. herciſc. junctá l. 22. §. 4. eod. tit. & l. 6. §. 1 ff. ſi pars hered. pet Garſ. c. 19. n. 7.*

LVI.

Quoniam autem diviſio vicem emptionis obtinet *l. 1. C. comm. utriusq; jud.* ſequitur, quod, ſi factâ diviſione res evictâ fuerit, poſſeſſor, qui meliorationes â vendicante ſervare non potuit, pro ratâ adhuc regreſſum habeat, ad eum cum quo facta fuit diviſio *l. 66.*

§. *fin ff. de Evict. & Accurs. ibid.* cum & emptor, cui res evincitur, impensas, quas fecit in rem evictam, si illas servare non potuit, cæteris paribus à venditore consequatur *l.* 43. *&* 45. *ff. de action. empti.*

LVII.

Habet præterea is, qui parietem vel domum communem, factâ præmonitione, quam Garf. *c.* 19. *num.* 19. requirere videtur, suis sumptibus refecit, hoc speciale privilegium, quod nisi intra quatuor mensium tempora expensæ pro portione socii factæ cum centesimis restitutæ fuerint, jus dominii pro solido vindicare possit *l.* 52. §. 10 *ff. pro Socio & l.* 5. *C. de ædific. privat.*

LIIX.

Possessores naturales distinguimus in commodatarium & conductorem; de hoc est textus *in l.* 7. §. 11. *ff. comm. div.* de illo verò *in l.* 3. §. *fin. cum l. seq. ff. ad exhibend. & l.* 38. §. 10. *ff. de usuris.* Et primò quidem de Commodatario, qui expensas omnes, quæ rei commodatæ commoditatem èxcedunt, à commodante, ad quem pertinent, consequitur *l.* 18. §. 2. *ff commod.* vel per retentionem, ut illas salvas habeat jure pensationis *l.* 20. *in fin. ff. acquir. possess. junctâ l.* 15. §. *fin. ff. de furtis.* vel per contrariam actionem *de qua in d. l.* 18. §. *fin. commod.* si necessariæ fuerint; utiles enim non aliter conservare potest, quam si aut inchoata, à domino absolverit, aut voluntate ejus inchoarit, aut is ferè possit *Donell. En. lib,* 14. *c.* 3. *arg. l.* 8. *pr. & l.* 25. *ff. de pignor. actione.*

De Cōmodatario.

LIX.

Modica verò impendia commodatarius de suo facere debet. *Donell. En. d. l per d. l.* 18. § 2. *ff. commodati.* cum enim rei commodatæ percipiat commoditatem, æqnum est, ut expensas, quas commoditatis ratio superat, de suo faciat. Garf. *c.* 3. *num.* 43. id quod etiam in cibariorum impensis obtinet, quæ naturali ratione ad eum pertinent qui utendum accepit *per d. l.* 18. §. 2. *ff. commodati.*

LX.

De Conductorib⁹.

Conductoribus meliorationes tam necessariæ quam utiles, sive conductio finiatur tempore sive culpa, conservantur per actionem Locati conducti *l.* 55. §. 1. *ff. Locati,* ut eas vel imputent in pensionem *l.* 61. *pr. ff. eod. titul, & l.* 1. § 1. *vers. quicunque ff. de via publica,*

blica, vel tollant *l. 19. §. 4. ff. Locati.* si modo durent ultra tempus conductionis, nam propter expensas, quæ fiunt in fructus, vel pro tempore conductionis duntaxat, planè nihil debetur *Garſ. c. 14. n. 13. & 15. circa fin. ex Boërio deciſ. 44. & Anton. Gomez. de contract. c. 3. num. 20. argum. l. 8. §. 1. ff. soluto matrim. & l. 3. §. 1. ff. de impenſ. in res dot. fact.*

LXI.

Quod si quis in rem ad certum tempus conductam ab usufructuario, qui ante finitam locationem moriatur, expensarum nomine aliquid erogaverit, quasi toto conductionis tempore fruiturus, consequens est, ut nihil recipiat, quia hoc evenire posse perspicere potuit *l. 9 §. 1. ff. Locati.* Garſ. tamen *in d. c. 14. num. 17.* concedere videtur retentionem, ne violetur æquitas *l. 32. ff. si certum petat. & d. l. 38. ff. de hered. petit.*

LXII.

Quantum ad tributa & reliqua onera realia attinet, distingui potest, inter conductorem verè sic dictum, & eum quem vocant conductorem partiarium: Ille qui scil. rem pro pensione pecuniaria conduxit, ad ejusmodi onera minimè tenetur, cum enim à fructibus dependeāt, *uti est in sæpe alleg. l. 13. ff. de impenſ. in res dot. fact.* & dominus qui pro fructibus pensionem accipit, re utatur fruatur *l. 38. & 39. ff. de usufr.* æquum erit, ut is, qui rem locavit, ad ea teneatur. Hoc tamen interim libenter concedimus, quod conductor, quia possidet, conveniri queat, *per d. l. 7. ff. de publican. & vectigal.* sed ita, ut expensas propterea factas imputet in pensionem tanto minus solvendo, quanto magis erogaverit *Garſ. d. c. 14. num. 19.*

LXIII.

Hic verò qui certam fructuum partem pro pensione persolvit, hujusmodi onera pro rata de suo præstare tenetur. Cum enim non tam conductor, quam socius appellandus sit *argum. §. 1. Inst. de Societat.* elicitur, quod ex Societatis quoque regulis, quæ requirunt, ut expensarum ab alterutro sociorum factarum, fiat divisio *l. 4. C. comm. divid.* jura sua sortiri debeat.

LXIV.

Possessores civiles, qui pro suo possident, distinguimus in bonæ

& malæ

& malæ fidei possessores. Ad malæ fidei autem possessores referimus & illum, qui à principio quidem bonam fidem habuit, sed in mala fide esse cœpit vel post litis contestationem, vel post controversiam motam, vel etiam post denunciationem *l. 37 ff. de R. V. l. 25. §. 5. 6. & 7. ff de hered. pet. & l. 17. C. de R. V.* cum verò hi actus non dependeant ex scientia rei alienæ, ex qua tamen bona vel mala fides dependere debet, igitur ad dijudicandam bonam vel malam fidem, inquirendum erit ex circumstantiis in conscientiam ejus, de cujus bona vel mala fide quæritur *Garf. c. 6. n. 3.*

LXV.

De bonæ fidei poss. De his quas bonæ fidei possessor fecit agendum erit primò in genere deinde in specie. Bonæ igitur fidei possessor in genere sic dictus, omnes illas expensas, quæ necessitatem impendendi habent, si rem principalem adhuc possideat, consequitur vel opposità doli mali exceptione, vel implorato judicis officio *l. 38. ff. de hered. pet. l. 48 ff. de R. V. Bocerus class. 5. disp. 6. th 16. & 22.* quamvis res in quam factæ sunt non amplius extet *d. l. 38. ff. de hered. pet.* quo casu differt à mala fidei possessore *Cujac. libr. 10. obs. c. 1. Goedd. ad l. 79. ff. de V. S. n. 6.*

LXVI.

Quod spectat eas impensas, quas utiliter fecit, constituimus, quod & illas regulariter vel per retentionem oppositâ doli mali exceptione, vel implorato judicis officio deducere possit. *Bocerus d. class. 5. disput. 6. thes. 18. & 24. per d. l. 33 ff de condict. indeb. l. 14. ff. de except. doli. l. 48. de R. V. l. 14. ff. comm. div. l. 38. & 39. ff de hered. pet. l. 5 & 11. Cod. de R. V. & l. 11 ff. de noxal. act.* nisi æquitas dissvadeat *arg. l. 27. in fin. & 48. ff. de R V. l. 38. & 39. ff de hered. pet. l. 25. ff. de pignor. act. & l. 29. § 2 ff. de pignor. Gilcken. de impens. part. 3 c. 1. num 2. & c 2. n. 6.* Tractatio namque expensarum utilium universa, haut commodè ad tria illa exempla d. l. 38 ff. de R. V. restringitur, cum enim ex rebus caussisque æquitas & iniquitas insurgere possit, si aliquando deducantur, aliquando non, ideo Celsus in d. l. 37. ex personis & caussis quid faciendum sit bono viro arbitrandum reliquit Garf. *c. 1. n.* 25. Quod si illas deducere nequeat, conceditur ei abrasio, si res separationem patiatur, nisi dominus

minus paratus fuerit tantum ei dare quantum per separationem latarus sit. *d. l.* 27. & *d. l.* 38. *ff. de R. V.*

LXVII.

Si voluptariæ fuerit expensæ, quas fecit bonæ fidei possessor, ponimus quod habeat exceptionem doli, ut ei fiat potestas eorum quæ sine rei detrimento separari possunt, tollendorum *Cujac. libr.* 10 *obs. cap.* 1. *Anton. Fab.* 2. *Conject. c.* 1. *per l.* 38. *ff. de R. V.* & *argum l.* 9. *ff. de impens. in res dot. fact. accedit Goedd. ad l.* 79 *§. ultim. num.* 3. *ff de V. S.* & *ex illo Hoen. disp.* 4. *Inst. th.* 15. *lit. a. per l.* 39 *ff. de hered. pet.* Si verò dominus pati nolit ut tollantur, tum Goedd. *ad d. l.* 79. *num.* 2. concedit deductionem, quod eo ipse declaret se illas amplius pro voluptariis, non habere *argum. d. l.* 9. *ff. de impens. in res dot. fact.*

LXVIII.

Et hactenus de impensis à bonæ fidei possessore in genere sic dicto factis; dispiciamus jam in specie de his, quas emptor bonæ fidei in rem emptam fecit: Potest autem bonæ fidei emptor, si adhuc est in possessione doli mali exceptione petentem dominum summovere *l.* 55. §. 1. *ff. de action. empti l.* 29. §. 2 *ff. de pignor.* Nec adversatur l. 44. §. 1. ff. de damno infect. Si respondeamus cum Alberico *ad d. l.* 44. *§. fin. num* 4. quod debeat revocari ad moderationem d. l. 29. § 2. ff. de pignor. comprehensam, ut scilicet emptor non omnes nummos quos persuderit in refectione ædium, consequatur, sed quatenus meliores factæ sint, cum sibi cavere potuerit *d. l* 44. siquidem emptio voluntaria est; Ille verò qui missus fuerit in possessionem, omne id quod ab eo in ædium restaurationem collatum, reportet, licet ex post facto pretiū materiæ, aut mercedes fabrorum aliquid detrimenti senserint *Gilken. de impens. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 11. & *seq. Gars. c* 18. *n* 5. & *seqq.* Cujac. *ad d. l.* 44. distinguit inter extruentem & reficientem. Goedd. *v. ad d. l.* 79. §. *utiles numer.* 6. *de V. S.* inter bonæ & malæ fidei possessorem, quam distinct. adjuvare videtur l. 27. C. de Evict. & ratio in d. l. 44. allata, quod nimirum melius sibi cavere debuerit.

LXIX.

Si verò sine culpâ à rei possessione ceciderit, quia tunc neq; excipere, neq; retinere potuit, conceditur illi actio exempto adversus vendi-

venditorem *l.43.& 45. ff. de act. empti.* nisi enim in traditione de expensis egerit, nihil consequitur *d. l. 45. & l.16 pr. ff. de Evict.* si venditor rem esse alienam ignoraverit. Hæc namque actio duo complectitur capita, quorum ex primo quidem agitur ad rei pretium quod erat tempore contractus *l. 1. & 13. ff. de Evict.* ex secundo verò ad id quod interest rem non esse evictam, quo sub continentur etiam meliorationes, factâ relatione ad tempus rei evictæ. *d.l.43. & d.l.45. ff. de action. empti d.l.16. & l.60. ff. de evict.*

LXX.

Cum autem contractus emptionis rescinditur, sive per restitutionem in integrum, sive beneficio legis 2. C. de Rescind. vendit. sive aliter id fiat, tunc bonæ fidei emptor, si rem possidet, donec ei ratione expensarum satisfiat, retentionem habet *l.39. §. fin. ff. de minor.* nam quod necessariò utiliterve medio tempore erogavit emptor, solvere tenetur is, qui contractum rescindit *Corras. lib.3. miscell. c. 3. n.6.*

LXXI.

De Laudemio, tributis & aliis oneribus quæritur, si contractus rescissus fuerit, quid sentiendum sit, an scilicet repeti possint ab eo, qui contractum rescidit? & respondet Garss. *cap. 18. num. 53.* quod receptum sit in omni genere rescissionis, ut, qui contractum resciderit, ex quacunque caussa, solvere debeat alteri quicquid vel fisco, vel domino solutum sit *ex Cagnolo in d. l. 2. Cod. de Rescind. vend. quæst. 82. numer. 236. per l. 23. §. 1. l. 27. & l. 60. ff. de ædil. edicto.*

LXXII.

De malæ fidei poss.

Quantum ad malæ fidei possessorem attinet, ponimus, quod necessarias impensas consequatur per retentionem implorato judicis officio *l. 38. ff. de hered. pet.* non aliter tamen, quam si res melior sit *Cujac. libr.10. observ. cap.1. & Goedd. ad d. l. 79. num. 6. per l. 38. ff. de hered. pet.* Nec obstat l. 1. C. de infant. expos. respondemus enim cum Fachin. 1. *controvers. cap 54.* quod ibi fiat exceptio à regula, quæ habetur in L. 5. C. de R. V. præsertim cum ejusmodi malæ fidei possess. alias etiam durius tractentur, quam reliqui ut in casu *l. 40. princ. ff. de hered. pet. juncta l.9. Cod. de furt. l.1.*

§.3. ff.

§. 34. *ff. de vi & vi arm.* casu *l. 52. ff. de R.V. juncta l. 9. ff. de condict. furt.* casu *l. 3. ff. de condict trit. juncta l. 67. §. 2. ff. de furtis l. 13. ff. de condict. furt. l. pen. ff. rer. amot. Ampliss ac Consultiss. Dn. Praeses ad l. 5. C. de R. V.* & ita quoque tenet Bocerus *class. 5. disp. 6. thes. 16. vide Gilken. part. 2. c. 7. per totum.*

LXXIII.

Garſ. *cap 2. num. 10. & 18.* putat, quod lex illa duas habeat partes, quarum prior agat de impenſis neceſſariis, poſterior verò de utilibus, quo refert limitationem ibi poſitam, quod abraſione tantum ſerventur à malæ fidei poſſeſſoribus ejusmodi expenſæ *l. 5. C. de R. V.* quæ ſine partus interitu locum habere nequeat *l. 27. in fin. ff. de R. V.* Covarruv. *in regula Peccatum 2. parte §. 6. n 3.* rationem diverſitatis deſumit ex præſumta malæ fidei poſſeſſoris voluntate qua donare voluiſſe videatur *argum. l. 7. §. 12 ff. de A R. D.* vel à legali pœna ob contrectationem injurioſam rei alienæ, quæ opinio Baldi eſt, *in d l. 1.* & adjuvatur *l. 27. §. 26 ff. ad l. Aquil.* aliam conciliationem ſuppeditat nobis Sarmiento *ſelect. interpr. libr. 1. c. 10. n. 5. verſ. videamus*: aliam Anton. Fab. 2. *controverſ.* 1. aliam Menoch. *caſu 258. n. 50. in fin. libr. 2. arbitr quaeſt. per l. 7. § 12 ff. de A R D.*

LXXIV.

Reſpectu utilium diſtinguimus cum gloſſa *in §. certè inſt. de R. D.* quam referente Garſ. *c 5. n. 5.* allegat & approbat Bart. *in l. 38. ff. de R. V. num. 2.* inter Rei vindicationem & hereditatis petitionem; In illa juvatur officio judicis ut ſeparatione ſibi conſultat *argum. l. 38. ff. de hered pet. juncta l. 37. ff. de R. V.* quamvis enim non habeat exceptionem, ut eſt in d. l. 37. nec poſſit illas repetere *l. 5. Cod. de R. V.* hoc tamen ei concedendum eſt, ut ſine rei diſpendio eas auferat *d. l. 37. & d. l. 5.* ſi verò illud fieri nequeat tunc amittit expenſas voluptatis cauſſa factas *l. 27. § fin. ff de R. V.* In hac verò juvatur officio judicis ut illas deducat ſi res melior ſit *d. l. 38. ff. de hered. pet.* ſiquidem in hereditatis petitione titulum ſolummodo hereditarium jus deſiderat *argum l. 1. 9. & 19. pr verſ. & quidem rei ff. de hered. pet.* cum tamen in R. V. cogatur quis docere ſe dominum eſſe *l 23. ff. de R. V* accedit, quod ſavorabilior ſit cauſa ejus qui rem ſuam petit, quam illam quæ debetur *l. 58. §. 7. ff. de uſur.*

D 75. Nec

LXXV.

Nec adversatur quod in l. 7. §. 12. ff. de A. R. D. dicitur, malæ fidei possessorem nec materiam vindicare, nec expensas exceptione doli servare posse; respondemus namq; quo in d. §. 12. habeatur exceptio à regulâ, si enim Reipubl. interest, ut unicuique jus suum illibatum conservetur *l. 2. ff. de his qui sunt sui vel al. jur.* & ut omnis machinatio & temeritas puniatur *l. 51. ff. ad l. Aquil.* & deinde non dubitatur injuriarum actione teneri eum qui alienum fundum non jure occupat *l. 15. §. 31. ff de injur.* quid caussæ erit, quin & is qui in contumeliam alterius ædificat, pœna legibus definita coerceatur. *vide Gilken. part. 1. cap. 2 num. 24.* Nec debilitat hanc solutionem l. 2. C. de R. V. si cum Fachin. *1. controverſ. cap. 55.* distingvamus inter dominum scientem & ignorantem. Aliter hunc nodum solvit *Gilken. de impenſ. part. 1. c. 1. n. 17. & seqq. & c. 2 n. 4. 8. & seqq.*

LXXVI.

Earum verò gratia, quæ voluptatis ergô fiunt malæ fidei possessori nec abrasionem concedunt glossa fin. *in fin. d. l 38. ff. de R. V. Angelus in §. certè Inſt. de R. D. Hackelm. Illuſtr. quæſt diſput. 6. theſ. 20. Goedd. in ſæpè allegata l. 79. §. ultim. num. 3. ff. de V. S. Hoen. diſp. 12. ff. de R. J. in l. 203.* Quia alias nulla esset differentia inter bonæ & malæ fidei possessorem, quod tamen negatur, siquidem bonæ fidei possessor habet exceptionem doli *d. l. 36. §. 1. ff de pet. hered. & l. 9. ff. de impenſ. in res dot. fact.* malæ fidei verò possessor nequaquam.

LXXVII.

Quare ponimus cum Amplifs. ac Consultifs. Dn. Præside *ad l. 5. C. de R. V.* quod malæ fidei possessor voluptarias impensas omnes quæ sine rei detrimento separari possunt, auferre queat, adducti; primò *l. 39. §. 1. ff. de hered. pet. l. 10. §. 10. ff. mandati l 3. §. 4. ff. de in rem verſo l. 27. princip ff. negot. geſt. & l. 32. §. 5 ff. de adminiſtr. tut. juncta l. 1. C. de fide & jure haſt.* deinde rationibus, quarum prior, quod, quia domino vindicanti nulla fiat injuria, possessor sibi prodesse, dum alii non noceat, prohiberi haut debeat

l.1. §.11.

l. 1. § 11. & *l.* 2. § 5. *ff. de aq. & aq. pluv. arc.* posterior verò, quod in pari caussa melior sit conditio certantis de damno vitando *l.* 8. *ff. de J. & facti ignor. l.* 6. §. 7. *ff. quæ in fraud. cred. vide Cujac. libr.* 10. *obs. cap.* 1. *Anton. Fabr.* 2. *conject.* 1. *Garf. c* 1. *n.* 32 *Bocer. class.* 5. *disput.* 6. *thes.* 26.

LXXVIII.

De heredibus.

Successores nobis sunto heredes qui sciunt hereditatem restituendam vel ex toto vel ex parte. Et hi si adhuc possideant, impensas quas fecerunt in res hereditarias regulariter detrahunt per retentionem oppositâ doli mali exceptione *l.* 1. §. 2. *l.* 19. §. 2. *l.* 22 §. 3 *vers. sed & ipse ff. ad SCtum Trebell. l.* 22. §. 9. *Cod. de J. deliber. l.* 50. §. 1. *ff. de hered. pet.* si verò per negligentiam possessionem tradiderint, condictionem incerti habent pro illis consequendis *l.* 40. §. 1. *ff. de condict. incerti. l.* 60. *ff. de leg.* 1. quæ condictio eò tendit, ut nuda fiat retraditio rei per incuriam traditæ *l.* 30. *ff de act. empti l.* 5. §. 2 *ff. de impens. in res dot fact. l.* 12. *ff. de condict. furt.* Hoc tamen non obtinet in sumptibus nulla re urgente sed voluptatis caussa factis *l.* 27. *pr. ff. de negot. gest.*

LXXIX.

Cum verò is qui rem legat, ea quoque legasse videatur, quæ sunt necessaria ad consequendum legatum *l.* 1 §. 2 *ff. si ususfr. pet. & l.* 15. §. 1. *ff. de usufr. l. junctâ l.* 44. §. *fin. ff. de leg.* 1. *& argum. l.* 2. *ff. de jurisdict.* sequitur, quod heres, ut legatum consequatur legatarius, sumtus de suo facere teneatur *l.* 102. §. 2. *&* 3. *ff de leg.* 3. siquidem res legata ibi præstanda est, ubi relicta fuit *l.* 47. *pr. ff de leg.* 1. *& l.* 108. *pr ff. eod. tit.* Unde servus qui post mortem testatoris aufugit, vel aliam ob caussam in longinquo esse cœpit, heredis sumtibus reduci debet *l.* 39. *pr. ff. de leg.* 1. *junctâ l.* 8. *pr. ff. de leg.* 2. Si verò vivo testatore, expensis legatarii *d. l.* 8. *princ. & l.* 108. *princ. ff. de leg.* 1.

LXXX.

Possessores ex contractu distinguimus in creditores pignoratitios, & venditores, qui rem nondum tradiderunt. de illis *est l.* 35. §. 1. *ff. de pignor. act.* de his *l* 13. §. 21. *ff. de action. empti.* Ei igitur,

qui,

De creditore pignoratitio. qui, quo magis in tuto sit creditum, pignus accepit; si necessarias impensas, in rem pignoris loco datam fecerit, non tantum retentio conceditur *l.8. pr. ff. de pign. act.* ut illas in summā debiti computet *l.6 C. de pignor. & hypoth.* sed etiam actio pignoratitia contraria *d. l. 8. in pr.* ut exigat *l.7.C.de pign.act.*

LXXXI.

Si verò utiles fuerint expensæ, quas fecit, contraria quidem illi conceditur actio, sed non aliter, ut tenet Donell En. *libr.* 14. *c.* 3. quam si inchoata à domino absolverit, aut voluntate ejus inchoarit, aut is ferre possit *d.l.25.ff.de pign. act.* Quod si res ita se non habeant, incedendum erit secundum leg. 38. ff. de R. V. l. 38. & 39. de hered.pet,l. 29 §.2.ff de pign.& hypoth.

LXXXII.

De venditore. Quod spectat venditorem, qui nondum tradidit rem venditam, dicunt Imperatores Dioclet. & Maxim. *in l.17.C.de action.empti.* quod post perfectam venditionem, venditori sumtus, si quos fecerit bonâ fide, debeant restitui; Quomodo autem conserventur, si adversarius illos nolit restituere, habetur in l.13.§. 22.ff. de action. empti. ubi JCtus Ulpianus ex Labeone & Trebatio actionem ex vendito hoc nomine concedit, adjectâ hac limitatione, si verò simile fuerit, voluisse emptorem ejusmodi sumtus impendi. *Donell.Enucl. d.c.14.c.5.*

LXXXIII.

De administratoribus. Administratores accedunt vel ex mandato, vel sponte suâ: illorum autem cum idem sit judicium quoad expensas & meliorationes, *uti habet Gars. c.20.num.7.* idcirco in specie agere libet de his quas tutor facit in res pupilli, extensione factâ ad eas quas cæteri quoque impendunt. Illæ verò expensæ fiunt vel in rem vel in personam, quarum hæc vel tutoris est vel pupilli. Hos igitur sumtus, quos faciunt in personam suam tutores domo egressi, si ex officio aliquò excurrere necesse habent, tutelæ judicio recuperant *l.1.§.9. ff. de tutel. & rat. distrah. & argum. l.10.§ 9. ff. mandati,* ita tamen ut prius deducatur, quod alias domi suæ expensuri fuissent *Gars c.20.num.11 argum.l.52.§.15.ff.pro Socio,* & ut sumtus sint tales, quales pro se ipsis fecissent *gloss.in d.l.10.§.9.ff. mandati.*

84.Quan-

LXXXIV.

Quantum ad alimenta pupillo præstita, & mercedes præceptorum, ut liberalibus artibus institueretur, constituimus, quod illos etiam sumtus tutelæ judicio consequatur *l. 1 § 1. & 2. ff. de tutel. & rat. distr. l. 1. §. 4. ff. de muner & honor. l. 4. ff. ubi pupill. educ. deb.* Si modo facti fuerint pro facultate patrimonii & pro dignitate natalium *l. 12 §. 3. ff. de administr. tut.* ita ut pupillus quoque eos fuisset facturus, & curator ipse pro se, si illis opus habuisset *d. l. 12. § 3 ff de administr. tut.* vide prolixè hac de re disserentem Garf. *c. 20. num. 9. circa fin. & 10.* Quin illud quoque, quod fratri vel sorori pupilli alimentorum nomine præstitit tutor, judicio tutelæ consequitur *l. 1. §. 2. ff. de tutel. & rat. distrah. l. 13. in fin. ff. de administr. tut. l. 4. ff. ubi pupillus educari deb.*

LXXXV.

Quod verò in rem & patrimonium pupilli impendit tutor, illud reputat in ratione tutelæ *l. 7. pr ff. de cur. furios. l. 3. §. 1. ff. de contrar. tut. d l. 3 3 §. 3. ff. de administr. tut.* id quod obtinet etiam in illis sumtibus, qui litis caussa fiunt *l. 1. § 9. ff. de tutel. & rat. distr. l. 1. §. illud. ff. de mun. & honor. l. 5. §. 2. ff de carbon. edict. & l. 1. §. 21. ff. de ventre in possess. mittendo* sive periculum subsit sive minus *dd. ll. & l. 5. §. 6. ff. de administr. tut.* quamvis res in quam facti fuerunt, non amplius extet *l 38 ff de hered pet. l. 56. §. fin. ff. mandati & l. 3. §. 7. ff de contrar. tutel. act.* an verò utiliter facti fuerint, judex arbitrabitur *d. l. 3. pr. ff de contr. tut act.* illos namque qui voluptatis caussa fiunt, tantum aufert *l. 10 §. 10. ff. mandati.*

LXXXVI.

De his quas faciunt administratores spontanei agendum erit in genere & in specie Quantum igitur ad eas expēsas attinet, quas faciunt administratores spontanei sive gestores negotiorum in genere sic dicti, tenendum, quod illas omnes, quæ utiliter fiant respectu domini, licet effectum nō habuerit negotium, si modò utiliter cœptum fuerit, regulariter actione negotiorū gestorum consequi possint *l. 2. l. 9. 10. & 45. princ ff. de negot. gest.* sive necessariæ fuerint impensæ sive utiles *d. l. 10.* ob sumptus enim nullâ

re urgente sed voluptatis caussa factos nulla conceditur actio *l. 27. pr. ff. de negot. gest.* nisi quod, si citra rei interitum id fieri queat, per separationem auferri possunt *argum. l. 10. § 10. ff. mandati.* Is verò qui sui lucri caussa aliena negotia gessit habet quidem actionem negot. gest. verum non ad id quod impendit, sed in quod alter locupletior factus est *l. 6. §. 3. ff. de negot. gest.* nisi dominus specialiter eum prohibuerit *l fin. C. de negot. gest.*

LXXXVII.

Quin contra impuberes quoque, si quid in negotia eorum urgentibus necessitatis rationibus utiliter impensum fuerit, in quantum locupletiores facti sunt, dandam actionem ex utilitate ipsorum receptum est, nisi alius quidam gratis ejusmodi sumtus suppeditaturus fuisset *l. 2. Cod. de negot. gest.* De eo verò qui in rem aliquam, quæ culpa ipsius periit, impensas quasdam fecerit, dicit JCtus Gaius *in l. 22. ff. de negot. gest.* quod absurdum sit eum illarum nomine quicquam consequi, cum ipsius culpa is casus intervenerit, uti in simili dicit Imperator §. 2. *Instit. quibus mod. re contrah. oblig.*

LXXXVIII.

Et cum propterea nulla sit repetitio expensarum, quæ fiunt in alendis & educandis illis, cum quibus affectio sanguinis vel caritatis nobis intercedit *Garf. cap. 4. num. 24. per l. 27. §. 1. & ibi gloss. quam sequuntur ibi Bald. Bart. & Paulus. l. 44. ff. de negot. gest. l. 11. 12. 13. & 15. ubi Bald. & Bart. Cod. eod. tit.* nisi animum explicent suum, se quasi repetituros expendere *argum. l. 34. ff. de negot. gest.* & nisi bona illorum in quos expendunt in potestate habeant *argum. l. fin. ff. de hered. pet.* idcirco inquirendum erit paulo accuratius in illas ipsas personas, quas distinguere placet in eas, quæ sibi invicem junguntur ex linea vel directa vel collaterali.

LXXXIX.

Ex linea directa junguntur invicem parentes & liberi, qui se mutuò quidem alere tenentur jure naturali, *princ. de jure n. g. & civili Instit. l. 1. §. 5. ff. de just. & jur. junct. l. 5. §. 16. ff. de agnosc. & alend. lib.*

cui

cui accedit Jus civile, quod in specie parentes suos alere jubet ac educare liberos *d l.5.§.7 8 18.& 19.ff & l.fin C de alend.liber.* nisi ipsi habeant, unde sese sustentare possint *d. loc. 5. §.5.* Quare omne id quod hoc nomine impensum fuerit, repeti non poterit *argum. l.13. ff. de condict. indeb.* Quid verò alimentorum nomine contineatur, habetur *in l. 6. ff. de alim. leg. l. 43. cum seqq. & l.234. ff. de V. S. l. 45 ff. de usufr. l.fin. ff de alim.leg.*

XC.

Quantum verò ad sumtus qui liberis studiorum caussa peregrè agentibus subministrantur, ponimus, quod nec illi repetantur, vel quod idem est in judicio familiæ herciscundæ, conferantur *l. 50. ff. famil. hercisc.* nisi 1. quædam illorum bona in potestate sua habuerint parentes *argum. l. fin ff. de hered pet.* vel 2. animo credendi sese impendisse comprobaverint, *d. l. 50. ff. famil. hercisc.* Ut autem intelligere possimus quando animum credendi habuerint parentes, & quando minus, advertendum erit, numquid vel propterea protestati fuerint, vel in rationes sumtuum impensas istas redegerint *l. 34. ff. de negot. gest.* Et licet hæc intervenerint, taxari tamen debent & deduci expensæ, quas pater alias necessariò facturus fuisset cum filio, si apud eum commoratus esset *Garf. c.4. n. 4. & 5.*

XCI.

Ex linea collaterali sibi invicem junguntur fratres & sorores: Cum igitur frater etiam ditior fratres sororesque inopes alere teneatur *argum.l.1.§.2. ff.de tutel.& rat. distrah.l.13.in fine ff. de administr. tut. l.73.§.1. ff. de J. dot. l.20 ff soluto matrimon. & l.5.§.2. ff.de agnosc. & alend liber. Petrus Surd. de alim t.1.quæst.25. num. 3.Garf. c. 3.num. 34.ex Saliceto in l.1. ff de agnosc. & alend. lib. Joan. de Immola in l. 1. ff. soluto matrim.* & id quidem non ex liberalitate *l. 12. §. 3. ff. de administr. tut.* consultum erit, ut protestetur, quod has sibi velit servatas impensas *d.l.34. ff. de negot. gest.* siquidem alias hoc nomine nullam habet actionem *l.27.§.1 ff. de negot.gest.*

XCII.Per

XCII.

Per expenſas quas facere diximus ſpontaneos rerum admi-niſtratores ſpeciales, intelligimus ſumtus funeris *arg. l.14. §. 11. & 13. ff. de ſumt. fun.* Sunt autem funeris ſumtus, qui, ut funus du-catur, ſecundum qualitates defuncti & conſvetudinem civitatis, in qua mortuus eſt, fiunt in corpus ipſius ante quam ſepeliatur *l. 12. § 5. l. 14. § 3. & 6. l 37. princ. & l. 21. ff. de relig & ſumpt. fun. Paulus de Caſtro in l. 1. §. 19. ff. ad l. Falcid. VVeſenb. h. t. num. 6.* nam ſi immodicè impenſum fuit, tantum non recipitur, quantum eroga-tum eſt. *d. l. 14. §. 6.*

De ſumtibus funerum.

XCIII.

Pariunt autem hi ſumtus actionem funerariam, quæ eſt ſimi-lis actioni negot. geſt. *Cujac. in parat. C. h. t.* datur enim ex quaſi contractu *Oldendorp. claſſ. 5. act. 17.* ſiquidem is qui facit ejusmodi expenſas cum defuncto contrahere dicitur *l. 1. ff h. t.* conceditur autem ex æquo & bono ad recuperandos ſumptus erogatos in fu-nus *l. 12 §. 2. l. 14. §. 6. d. t.* & in locum, in quem mortuus inferen-dus *d. l. 14. §. 3. & d. l. 37.* non verò illos qui humanitatis, miſe-ricordiæ, pietatis & affectionis cauſſa facti ſunt *d l 14. § 7.* unde proteſtari quem oportet, quo animo funeret *d. l. 14. §. 7.*

XCIV.

Hujus verò actionis ob religionem tantus favor eſt, ut impen-ſæ in funus factæ, ante omne creditum, cum bona ſolvendo non ſunt ex hereditate deducantur *VVeſenb. in parat. ff. de relig. & ſumpt. fun. per l. 45. ff. eod. titul, l. 2. ff. de privileg. cred l. 22. §. 9. C de jure de liber.* Nec adverſatur, quod dotium cauſſa ſemper & ubique præ-cipua ſit *l. 1. ff. ſoluto matrim. l. 30. C. de jure dot. l. 12. C. Qui pot. in pign. hab.* ſi reſpondeamus cum Donell. Enucl. *lib. 14. cap 7.* quod ſumptus funebris omne quidem præcedat creditum, ſecundum d. l. 45. ſed ita ſi in eo nihil amplius ſit quam creditum, quod tunc non præcedatur à credito, ſed à crediti privilegio.

XCV.

Datur autem ei, qui negotium defuncti vel heredis gerens impenſas iſtas eo animo facit, ut illas recipiat *Oldendorp d. claſſ 5. act. 17.*

act. 17. *per d.l.*14. §. 7. licet heres ratum non habeat negotium *d. l.* 14. §. 16. vel etiam ei, qui mandavit funerandum *d. l.* 14. §. 15. Nam is qui mandatu alterius funerat, nisi pupillus sit qui mandavit, hac actionem intendere nequit *d. l.* 14. §. 5. uti nec ille, qui modicum erogavit sumtum in contumeliam defuncti *d.l.*14. §. 10.

XCVI.

Et competit adversus eum, ad quem funus deducendum pertinet *l.*12. §. 2. *l.* 14. §. 17. Pertinet autem primò ad eum, quem decedens ad hoc elegit; deinde ad scriptos heredes: quod si nemo scriptus sit, ad legitimos vel cognatos quosque, eo scilicet ordine quo succedunt *Oldendorp. d class.* 5. *act.* 17. *per l.* 12. § 4. Unde si defuncta fuerit uxor, adversus eum datur, ad quem dos redit *l.* 16. *ff. h. t.* & cætera mulieris bona *l.*22. *eod. titul.* Quod si dos nulla fuerit, vel non sufficiens adversus patrem, vel heredes mulieris *d.l.*20. §. 1. *& l.*28 *ff. h. t.* si verò neque heredes habeat, neque pater solvendo sit, adversus maritum in quantum facere potest *d. l.* 28. nisi mulieri in matrimonio dotem solverit *l.*27. §. 1. *ff. h. t.* vel mulier alii nupta decesserit, licet dotem lucri faciat *l.* 29. *princ ff. h. t.*

XCVII.

Et hactenus de Expensis, quas faciunt personæ extrajudiciales, sequitur jam de his quæ fiunt à personis judicialibus. Describuntur autem ab Althusio *in Jurispr. Rom. libr.* 2. *cap.* 33. quod sint sumtus facti in litem vel rem ipsam, litigiosam nimirum. Possuntque distribui in eas, quæ ante sententiam refundendæ sunt, & quę post eam latam caussa victoriæ debentur. *De litium expensis.*

XCIIX.

Illæ sunt restituendæ, vel propter contumaciam, ab actore *Authent. Qui semel. C. quomodo & quando jud. l.* 3. *C. de his. qui accus. non poss.* à reo *l.* 15. *C. de judic. Authent. Et qui jurat. C. de bonis author. judic. possid.* vel propter calumniam, condemnatione facta pro æstimatione judicis *l.* 4. *C. de fructibus & lit. expens. & l.* 79. *ff de judic.*

XCIX.

Hæ, quæ scilicet post sententiam victoriæ caussæ debentur, quales sunt, reliquæ omnes, officio judicis conservantur *l.* 13. §. 6. *& l.* 16. *C. de judic.* Debet enim judex condemnationem facere in

E expen-

expensas litis ut præstet eas victori, qui vincitur, *Cujac. in parat. C. de fruct. & lit. expens. per l. ultim. Codic. quando prov. non est necesse & §. 1. Instit. de temere litig.* factâ taxatione, quæ ex æquo & bono illas moderetur *Cujac. libr. 2. observ. cap. 12 Auth. post jusjurandum. Cod. de judic.* pro exceptionibus utriusque partis *Marant. de exp. part. 6. num. 16. & 17.* videlicet an condemnatus justam litigandi caussam habuerit *l. 78. §. 2. ff. de leg. 2.* an expensæ fuerint necessariæ judiciales, an minus, an probabilem modum excesserit adversarius, *Gail. libr 1. observ. 151.*

C.

Quod si judex nihil pronunciaverit, neque victori in victum ulla actio est *Cujac. in par. C. de fruct. & lit. expens. numer. 9. per l. 3. eod. tit.* nec jus appellandi *l. ultim. Cod. quando provoc. non est necesse.* sed judex eo nomine victori tenetur *l. properandum § sin autem Cod. de judic.* Si verò reus conventus bonâ fide solverit, aut actor lite destiterit, vel judex succumbentem inveniat non calumniatorem sed de re dubia litigantem expensarum condemnatio evitabitur *l. 5. §. 1. C. de fruct. & lit. expens.* Quo pertinet etiam appellatus, qui ex novis adductis, probationibus succumbit *Gail. lib. 1. observ. ultim. num. 5.* tunc enim expensarum solet fieri compensatio *Mynsing. centur. 2. observat. 89.*

Et hæc de Expensis, quarum tractatio tam longè patet, quam longè ipsum jus extenditur

Gars. c. 1, num. 9.

Cum plurima errata præter opinionem irrepserint, ideò graviora, ne nobis, sed potius Typographo imputentur, hic apponere libuit.

THes. 10. lin 3. habetur à pro de. th. 19. l. 4. defendanturt pro defendantur, th. 21. l. 7. tam pro tamen. & l. 9. genere pro generale. th. 33. l. 10. propterea pro præterea. th. 35. l. 4. l. 5. 5. pro l. 1. §. 5. t. 40. l. 3. Hoc enim pro Hoenón. th. 45. l 3. ne pro de. th. 49. l. 6. Afflictus pro Afflictu. th. 58. l. 11. ferè pro ferre. th. 66. l. 14. retiquit, pro reliquit. th. 67. l. 1. fuerit pro fuerint. th. 74. l. 4. sonsulus pro consulas. th. 75. l. 3. quo pro quod. th. 78. l. 3. heredlsarias pro hereditarias. th. 88. l. 1. propterea, pro præterea. th. 89. l. 1. junganturi pro junguntur. th. 90. l. 5. hereff. pro hered.

ΠΡΟΣ-